



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Gloria B. Virginis Mariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

erant, quò magis ad suum prototypum accesserint. *Laur. In-*
 Ignominia vulnerum couertitur in gloriam trium. *stin. de li-*
 phi. Sed quinquè liuorem vel plagas pro honore cœlestis *Regnum*
Regnum susceperit; in futuro Iudicio miles gloriosus gno uita. c. 5.
 non apparbit.

3. Accipiet (sanctus Martyr) Regnum decoris) aurei Sap. 5.
 diadematis) speciei (Auricolæ) de manu Domini, puta,
 Christi. Hinc te meminere coronandum illâ, videli-
 cet, man, quæ prius crudeli ferro terebrata & vulnera-
 ta fuit.

CONSIDERATIO LIII.

VULNERA JESU.

Gloria B. Virginis Mariæ.

Hi plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Zach. 13.

Si illi, qui non vulgari amore Christum profe-
 cuntur, hæc ei vulnera impresserunt; Beata Virgo,
 quæ palmam in amando Filio reportauit, prima est vul-
 nerum causa. Primò, formando & subministrando
 carnem & sanguinem. Secundò, conformando se
 volentem Patri & Filii. Tertio, desiderando exal-
 tationem, gloriam & honorem vulnerum.

2. Si desiderium Matris est gloria Filii, & gloria Filii
 recendat in gloriam Matris; præterea, si inter Matrem
 & Filium amor reciproctus reciprocam efficit gloriam;
 utique desiderium Mariæ fuit gloria vulnerum, & glo-
 ria vulnerum gloria Mariæ, & amor reciproctus reci-
 procum reddebat honorem.

3. Gloria Mariæ vulnera Iesu. Si vulnera fuere at-
 gumenta euidentia Diuinitatis in Christo; testimonia
 quoque fuere Maternitatis in Matre. O chara & bene-
 dicta vulnera, quæ Christum declarastis Deum, & Ma-
 trem eius veram Dei ostendistis Matrem; & me quoque
 declarate verum Christi fratrem & filium Mariæ

Virginis: sic enim ipsa maior
 accrescet gloria,

CON-